


I. N. J. V. C.

DISSERTATIONIS ACADEMICÆ,

**HISTORIAM
REGIÆ ACADEMIÆ
ABOENSIS**

EXPOSITURÆ,

PARS SEPTIMA,



QUAM

CONSENS. AMPLISS. SENATUS PHILOSOPH. IN
ILLUSTRI AD AURAM LYCÆO,

PRÆSIDE

**MAG. JOHANNES
BILMARK,**

HIST. ET PHIL. PRACT. PROF. REG. ET ORD.

Publicæ Eruditorum disquisitioni modeste offert


AUCTOR

**JOHANNES CHRISTOPHORUS
FRENCKELL,**

ABOÆ-FENNO,

IN AUD. SUP. DIE XXX MART. AD. a N. C. MDCCLXXVI,

Horis Ante Meridiem Consuetis.



ABOÆ Impressit Joh. Christoph. Frenckell.

VIRO
AMPLISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO
D: NO CAROLO
HISING,
IN REGIO DICASTERIO WASENSI ADSESSORI
DIGNISSIMO,

MÆCENATI PROPENSISSIMO

*Dissertationem hancce Historicam, in certissimum ob-
servantiae ac venerationis pignus, offerre voluit, debuit*

JOH. CHRIST. FRENCKELL,

Dem

Edlen und Hochwohlgeachteten Herrn,
Buchdrucker bey der Königlich Academie,
Herr JOHAN CHRISTOPHER
FRENCKELL,

Meinen Liebreichsten Vater.

Es wäre ganz undankbar, ob ich dieser gelegenheit meine
sönliche Ehrerbietung zu zeigen nicht müste. Wenige
Eltern sind die ihre Kinder so lieben, daß sie die Wohlfahrt
der ihrigen vorziehen, und in derer Anzahl setze ich meinen
Lieben Vater, dessen Aug-apffel die Beförderung meines Wohl-
seyns, auch mit hindenansehung des seinigen, allezeit gewesen
ist. Was kan ich nun dagegen thun. Mein Gewissen zeüget
zwar von der Erkentlichkeit meines herzens; zu schwer aber
fällt es mir auch die geringste Wohlthat würdig zu beschrei-
ben, unmöglich zu vergelten. Lassen Sie doch Geneigtester
Vater, diese Academische Arbeit, welche ich Ihnen mit dop-
pelter schuldigkeit aufopffere, auch in Seinen Augen eine Pro-
be zeigen der kindlichen Hochachtung, die ich für Ihnen hege.

Der Gnädige Himmel gebiete Meines Lieben Vaters
seine wie auch Meiner Geliebtesten Mutter ihre Tage glücksee-
lig zu seyn, und erleichtere Dero annahendes Alter durch Sei-
ne sonderbare Pflege und Vorsehung! Da lebe ich mit freü-
de und kindlicher Ehrerbietung

Meines Liebreichsten Vaters

Demüthigster und gehorsamster Sohn
JOH. C. FRENCKELL.

A L' AUTEUR,
MONSIEUR.

Si j' avois assez d' éloquence, & si la vertu pouvoit souffrir, qu' on la loüât, je ne manquerois point, de célébrer les grands progrès, que Vous avés fait dans les Etudes, & qui par tout éclatent dans cet Ouvrage artistement travaillé. Mais comme cette belle Dissertation suffit à temoigner Vötre industrie, & la peine que Vous avés employé en la faisant: il vaut mieux de passer sous un profond silence, ce que ne peut suffisamment être estimé. Je ne cesserai, Monsieur, de prier l' Etre supreme, qu' il daigne Vous combler de toutes les prosperités, & qu' il fasse, que Vous remportiés un jour le prix de Vos travaux. Je suis avec estime

MONSIEUR,

Vötre très humble serviteur & ami,
LAURENT FORSSTEN.



§. XXI.

DE ACADEMIÆ ABOËNSIS PRO-CAN-
CELLARIIS INTRA SÆCULUM AB IN-
STAURATIONE PRIMUM.

Licet in aliis Academiis non infrequens fuerit, ut munus Pro-Cancellariatus ad alios dignitate atque eruditione conspicuos Viros, præter Episcopos, subinde sit devolutum; apud nos tamen Diœceseos Aboënsis Episcopi semper fuerunt Academiae nostræ Pro-Cancellarii, & quidem intra memorati temporis spatium sequentes:

I:o Mag. ISAACUS BIRGERI ROTHOVIVS, Primus Academiae Aboënsis Pro-Cancellarius, qui sicut gratia plurimum valuit tam apud Reginam Svethiæ gl. m. *CHRISTINAM*, quam apud Regni Cancellarium, Dn. Comitem AXELIUM OXENSTJERNA; ita sub horum auspiciis eo rem perduxit, ut Gymnasium Aboënsis in Academiam fuerit mutatum. In matrimonium duxit CATHARINAM filiam, Pastoris in Östra Husby, ANDREÆ NICOLAI. Quæ insuper fuerint ejus tam merita, quam fata, qui scire aveat, consulat H. SPEGELS Chronicon Episcoporum p. 407; WITFENII Diarium Biographicum, MOLLERI Hypomnemata, p. 386, STJERNMANNI Aboam Litteratam p. 36, in primis vero RHYZELII Episcoposcopiæ Tom. I. p. 349. Aboæ sequentia reliquit ingenii specimina:

A

1:0 Con-

1:0 Concionem Funebrem in obitum Svethiæ Regis gl. m. *GUSTAVI ADOLPHI*, I. Maccab. IX: 20, 21. En hjertans bedröfvelig klagan, habitam Aboæ, fed editam Holmiæ 1633 in 4:0.

2:0 En Christelig Predikan öfver den CXXIX Konung Davids Psalm, hållen i Åbo på den stora Bönedagen d. 7 Sept. 1633, tryckt i Stockholm 1634, in 4:0.

3:0 En Christelig Predikan öfver Jer. XVII: 19--27 hållen på Bönedagen 1633 i Åbo Domkyrka, tryckt i Stockholm 1634 in 4:0.

4:0 Concionem Funebrem in MÆRTAM OXENSTJERNA, Conjugem Præsidis Dicafterii Aboënsis D:ni JOANNIS KURCK ex I. Mos. XXIII: 1--4. habitam Aboæ 1633, fed Holmiæ editam in 4:0.

5:0 Concionem Sacram in sollempni inauguratione Academicæ Aboënsis 1640 ex Psalm. CVI: 48, edit. in 4:0.

6:0 Tres Conciones Pœnitentiales, quarum Prima ex Gen. VI: 1--9; Secunda ex Joëlis I: 4. Tertia ex I. Tim. II: 1, 2, edit. Aboæ 1643 in 4:0.

7:0 Concionem sollempnem pro pace cum Danis ex Psalm. CXLVII: 19--20, edit. 1645 in 4:0.

8:0 Conciones Sacras XX in Threnos Jeremiæ, 1645 in 8:0.

9:0 Disputationes Synodales in partem alteram Augustanæ Confessionis de Abusibus Ecclesiæ Romanæ ab Anno 1640 ad An. 1647.

10:0 Misèriam vitæ humanæ ex Psalm. CIII: 15 seu Concionem in obitum THORSTANI STÅLHANDSKE, Generalis exercitus Svecani, 1646 in 4:0.

11:0 Concionem Funebrem in SOPHIAM DE LA GARDIE, Conjugem Præsidis Dicafterii Aboënsis, D:ni JOANNIS KURCK, ex Ecclesiast. I: 1--12 habit. 1647, fed editam 1648 in 4:0.

12:0 Di-

12:o Disputationes Synodales in dictam Confessionem Augustanam denuo inchoatas An. 1648 in 4:o.

Alia opera, ab hoc Episcopo alibi edita, vide tam apud SCHÆFFERUM in Svecia Litterata p. 105 & 320, quam apud J. C. STRICKER i Dets förfök til et Svänkt Homiletiskt Bibliothek, första delen p. 115 & 116.

II:o ESKILLUS OLAVI PETRÆUS, primum S. S. Theologiæ Doctor & Professor Primarius, nec non utriusque Ecclesiæ Aboënsis, Svecanæ & Fennicæ, Pastor, & tandem Episcopus Dioceseos Aboënsis atque Academiæ Pro-Cancellarius. Hujus vitam plene exposuerunt H. SPEGEL in Chr. Episc. p. 407, 408. STJERNMANNUS in Aboa Litt. p. 19, 20. RHYZELIUS in Episcoposc. Tom. I. p. 349, 350. Huic An. 1636, dum munere Theologiæ Lectoris in Gymnasio Aboënsi fungebatur, fuit imperatum, versionem Bibliorum Fennicam adornare, & ut opus hoc tanto citius absolueret, Collegæ ipsi dati sunt Viri, tam Linguarum Sacrarum, quam Fennicæ peritissimi, scilicet MARTINUS STODIUS, L. L. O. O. & Græcæ Professor in Academia Aboënsi, HENRICUS HOFFMAN, Pastor in Masko & GREGORIUS FAVORIN, Pastor in Pijkis; quod opus Holmiæ per HENRICUM KEYSER in folio An. 1642 est editum *αιουμας* vid. PLACCII Theatr. de Anonymis p. 970. Præterea de hac versione consuli potest Doct. JOH. MAYERI Historia versionis Germanicæ Bibliorum Doct. MARTINI LUTHERI p. 73. & KORHOLTUS p. 360. Edidit vero Aboæ sequentia, præter alia alibi locorum evulgata, quæ recensent SCHÆFFERUS in Svec. Litt. p. 314, MOLLERUS in Hypomn. p. 392, WITTENIUS in Diario Biograph. & J. C. STRICKER Libr. cit. p. 101, 102.

1:o GUDs Barnas bedröfveliga Tårelåd och frögdefulla skjörde-And ex Psalm. CXXVI; 5, 6, seu Concio-

nem funebrem Svecanam in MARIAM MÖRNER, Conjugem GUSTAVI HORN, Domini in Kanckas & Bergfund 1643 in 4:0.

2:0 Piorum audaciam ex Psalm. XXVII: 1--6, seu Concionem funebrem Lingua Svecana in Nob. THORSTANUM STÅLHANDSKE An. 1646 in 4:0.

3:0 Tractatum de Conjugio, Aboæ 1647 in 4:0.

4:0 Institutionem Linguae Fennicæ, sub titulo Hodegi Fennici 1649 in 8:0.

5:0 Enarrationes in omnia Evangelia Dominicalia & Festivalia per multos annos successive edidit, opusque totum Aboæ absolvit 1653 in 4:0 Lingua Latina.

6:0 Expositiones Textuum, in Concionibus pœnitentialibus annis singulis propositorum, singulis Annis Aboæ editas.

7:0 Concionem funebrem ex Psalm. CXVI: 16--19, in PETRUM WALD, Typographum Aboënsẽm, Lingua Svecana, 1653 in 4:0.

8:0 Theras saliga tilstånd, som i Herranom affomnade åro ex 2 Tim. IV: 6--8. seu Concionem funebrem in Nob. Virginem BRIGITTAM HORN, filiam GUSTAVI HORN, 1652 in 4:0.

9:0 The Gudfruktigas suckan ex Psalm. XXXVIII; seu Concionem funebrem in CATHARINAM GUBBERT, Conjugem Typographi PETRI WALD, An. 1657 in 4:0.

10:0 Modum visitandi ægrotos & alia ad munus Sacerdotale pertinentia, Aboæ diversis temporibus edita.

11:0 The Christ-Trognas åtrå ex Apoc. XXII: 20, seu Concionem funebrem in CATHARINAM WERNLERS, Conjugem NICOLAI LIETZEN, Consulis Aboënsis, An. 1657 in 4:0.

12:0 Meditationes Sacras in Epistolas Dominicales & festivales perduxit ad finem, paucissimis exceptis ab An. 1652 ad An. 1657 Aboæ editas, sermone Latino in 4:0.

13:0 Com-

13:0 Commentarium in Genesim exorsus quidem fuit, sed morte præventus eundem absolvere non potuit.

III:0 Doct. JOHANNES ELAI TERSERUS, Dalekarlus, primum S. S. Theologiæ Professor Aboënsis, & dehinc Dioceseos nostræ Episcopus & Academiae Pro-Cancellarius. Hic primus Theologiæ Doctor Aboæ fuit creatus. De hujus vita & variis fatis consulantur Doct. JOHANNIS BRODINI Concio funebris Holmiæ 1679 in 4:0 edita, JOHANNIS WIDEKINDI *επιτύμβιον* Biographicum in 4:0. eodem anno editum, concionique funebri annexum, JOH. LAUR. KJÄLLMANNI Oratio ad illum panegyrica Aboæ 1662 in 4:0. Professorum Academiae Aboënsis Carmina Gratulatoria ibidem in 4:0 junctim edita in honores ejus Doctoratus, H. SPEGELS Chron. Episc. p. 260, 261, 262 & 408, MOLLERI Hypomn. p. 406, STJERNMANNI Aboa Litt. p. 32, 33, 34, 35, & RHYZELII Episcoposc. Tom. I. p. 139, 140, 141, 142, 350. Aboæ sequentia edidit Eruditionis Specimina:

1:0 Dissertationem Synodalem de Confessione & discrimine ciborum, sive de traditionibus An. 1644 in 4:0.

2:0 Disputationem Theologicam de Prædestinatione An. 1644 in 4:0.

3:0 Varias Disputationes Theologicas in Augustanam Confessionem Annis 1646, 1647, & 1648 in 8:0.

4:0 Explicationem Catechismi LUTHERI prolixiorum Lingua Svecana An. 1663, sed quum in hoc tam nova nonnulla occurrerent dogmata, quam imprimis statueret, descensum Christi ad inferos non localem, sed virtualem tantummodo fuisse, in gravem incidit controversiam cum Doct. ENEVALDO SVENONIO, de qua actum fuit in §. XVI. Interim quamvis sua placita utcumque defenderet TERSERUS, uti patet imprimis ex Novellis Aboënsibus anni Superioris; attamen Liber hic

Regia auctoritate fuit interdictus atque suppressus, vid. STJERNMANNI Samling af Religions stadgar p. 87.

5:o Suscepit quoque in se versionem Bibliorum Latinam, sed quod opus ad umbilicum perducere non potuit, vid. SPEGELS Chron. Episc. p. 409.

6:o Litteram Pastoralem ad Clerum Aboënsē d. 17 Augusti 1659 in 4:o.

JOHANNI TERSERO tribuit quoque MOLLERUS in Hypomn. p. 407, parentationem in obitum ERICI Unonis TROILII Lipsiæ 1647 in folio editam, sed Oratiunculæ hujus, quæ postmodum Arosiæ est recusa, Auctor fuit ELAVUS TERSERUS, vid. STJERNMANNI Ab. Litt. p. 35.

IV. Doct. JOHANNES GEZELIUS, Dalekarlus. Postquam Rev. Episcopus TERSERUS ob singulares in Theologia opiniones de culmine Episcopatus fuerat dejectus; non tamen propterea indignus habitus, qui munere Pastoris in variis Ecclesiis & quidem amplissimis fungeretur; Sacerdotes ex Diocesi Aboënsi ad Comititia Stockholmensia An. 1664 delegati petierunt, Episcopique qui huc convenerant, delegerunt, & S:æ R:æ M:ti commendarunt Super-Intendentem Livoniæ &c D. D. JOHANNEM GEZELIUM; qui igitur præter suam spem & expectationem factus est Episcopus Dioceseos Aboënsis & Academiæ Auraicæ Pro-Cancellarius, munerique sibi demandato non sine laudabili zelo præfuit. Quocirca mirum videtur, quod D. D. ENEVALDUS SVENONIUS, acerrimus TERSERI adversarius, ad vacuum Episcopatum Aboënsē nullis, quantum quidem constat, votis fuerit designatus, quamvis huc forte molimina ejus collinearint. Hic Præsul tribus celeberrimis Viris, ABRAHAMO THAUVONIO, JACOBO FLACHSENIO & PETRO LAURBECKIO tiaram Doctoralem ex Regis indul-

ru

tu imposuit: septies Dioceseos suæ parocias visitavit. Ipse quoque Typographiam, suis sumptibus comparatam, heic instruit; e qua plurimos libros atque tractatus in universæ Ecclesiæ commodum evulgandos curavit. Quæ cæteroquin fata hujus Episcopi concernunt, ea plenius exposuerunt JOHANNES FLACHSENIUS, ANDREAS HASSELQUIST, CHRISTIANUS PROCOPÆUS, nec non MATTHIAS SALAMNIUS per Conciones in exsequiis hujus Episcopi habitas. Quorsum etiam spectant Orationes funebres ANDRÆ WANOCHII, DANIELIS ARCHRELI & DAVIDIS LUND. Vide insuper H. SPEGELS Chron. Episc. p. 409, 410, MOLLERI Hypomn. p. 398, STJERNMANNI Aboam Litt. p. 69 seq. RHYZELII Episcoposc. Tom. I. p. 351, 352. Sequentes libros & tractatus sua cura & sumptibus Aboæ edidit, uti ipse testatur in Catalogo a se confecto atque in 4:o edito:

- 1:o Disputationem Synodalem de Angelis, Aboæ 1665 in 4:o.
- 2:o Erasmi Libellum aureum de Civilitate morum An. 1665 & iterum 1670 in 8:o.
- 3:o Juramentum Ordinandorum 1665 in folio.
- 4:o Catechismus Svånisk med skriftenes språk til B. LUTHERI förklaring, spørsmål med skriftenes språk &c. diversis visibus annis 1666, 1670, 1681, 1683 & 1684 in 8:o.
- 5:o Catechismus Finsk, spørsmål &c. diversis vicibus an. 1666, 1670, 1674, 1680, 1681, 1683 in 8:o.
- 6:o Appendicem ad Catechismus an. 1666 in 8:o.
- 7:o SIMONIS LÖFGRENS Libellum de mente tranquilla & composita an. 1666 in 8:o.
- 8:o Homilias in Textus pœnitentiales annorum 1666, 1667, 1669, 1670, 1671, 1672, 1673, 1674, 1675, 1676, 1678, 1679, 1680, 1681, 1682, 1683, 1684, 1685 in 4:o.
- 9:o Concionem funebrem ex Rom. XIV: 7, 8. in AN-

ANNAM ISAACI SILFVERSPARRE, Baronissam in Casaritz,
 Conjugem Satrapæ Nylandiæ D:ni JOH. ERN. CREUTZ
 1666 in 4:o.

10:o Quæstiones Synodales tam theoreticas, quam
 practicas de homine in statu integritatis constituto an.
 1667 in 4:o.

11:o Grammaticam Germanicam an. 1667 in 8:o.

12:o Finska Psalm- och Evangelii Boken med groft
 tryck 1668, & iterum 1673 in 4:o.

13:o Colloquia Erasmi, L. Vivis, Hassi ab Helyico
 collecta 1668 in 8:o.

14:o Grammaticam Græcam Aboæ 1668 in 8:o, quæ
 prima vice Dorpati est edita 1647, Uplaliæ secunda 1654,
 multotiesque deinde variis in locis ob insignem suam
 utilitatem est recusa.

15:o Concionem funebrem ex Hjobi XIV: 14. in
 ANNAM REICHENBACK, Conjugem ELIÆ PETRI
 HOLMII, Pastoris & Præpositi in Nerpis an. 1668 in 4:o.

16:o Orationes Ciceronis selectas X cum dispositioni-
 bus in 8:o an. 1669 & 1686.

17:o Disticha Moralia Catonis, Mureti &c. in 8:o an.
 1669 & 1685.

18:o Fabulas Æsopi Græco-Latinas selectas 1669 in 8:o.

19:o Bellum Grammaticale 1669 in 8:o.

20:o Vade mecum, seu memoriale Biblicum in 8:o
 an. 1669 & an. 1684.

21:o Severi sulphitii Historiam Sacram cum brevibus
 annotationibus an. 1669 in 8:o.

22:o Finska Bøne-Boken 1669 in 8:o.

23:o Donatum sive Declinationes & Conjugationes
 1669 in 8:o.

24:o Disputationem Synodalem de Peccato 1669 in 4:o.

25:o Concionem funebrem ex Psalm. CXVI: 7, 8, 9
 in SUSANNAM CRUSIMONTANAM, Conjugem
 Adfes-

Adfessoris MICHAEL GYLLENSTOLPE, An. 1669, in 4:o.

26:o Concionem funebrem in SARAM GYLLENSTAKE, An. 1669, vid. STRICKERS Libr. cit. p. 50

27:o Idyllion de Amicitia 1669 in 4:o.

28:o Examen Ordinandorum in folio 1669.

29:o Disputationem Synodalem de Libero Arbitrio 1670 in 4:o.

30:o Handboken Finsk 1670 in 4:o.

31:o Allmänna Bönformer på Svånska 1670, in 4:o.

32:o Allmänna Bönformer på Finska 1670, in 4:o.

33:o Korttate spörsmåhl utur Catechismo på Svånska, An. 1670, 1671, 1673 in 12:o.

34:o Item på Finska 1670, 1671, 1673 in 12:o.

35:o Et Svånskt Manuale med en liten Ny Bönbok 1670 in 24:o.

36:o Terentii Christiani Comoedias, Josephi, Danielis, Triumphii Christi, Pentec. Dyscolis 1670, in 8:o.

37:o Ciceronis paradoxa, somnium Scipionis, Confolatorias Epistolas selectas 1670, in 8:o.

38:o Portulam Lingvæ Latinæ Seidelii 1671, in 4:o.

39:o Sententias aureas Variorum in 12:o an. 1671, 1680, 1681, 1686.

40:o Historiam Augustanæ Confessionis, Libros concordia, Articulos Smalcaldicos 1671 in 8:o.

41:o Ajan-Tieto seu Synopsis Chronologiae Fennonicæ, Auctore LAURENTIO PETRI b. m. Præposito in Tammela 1671 in 8:o, 1679 in 12:o.

42:o Disputationem Synodalem de Prædestinatione 1672, in 4:o.

43:o Encyclopædiam Synopticam ex optimis accuratissimisque Philosophis collectam, inque tres partes divisam &c. 1672 in 8:o.

44:o Vocum Latinarum Syllogen, in qua primitivis

subjiciuntur ex eisdem derivata & composita, Lingua Svecana. quod fieri potuit, proprie reddita in usum ætatis puerilis, ut hac methodo facillima, usitatissima Linguae Latinæ vocabula sine tædio addiscere queat: adjunctus quoque est index Sveco-Latinus prima vice Aboæ 1672 in 8:o & iterum in 8:o an. 1688.

45:o Perbreves Commonitiones ad Ecclesias in Diocesi Aboënsi an. 1673, in 4:o.

46:o Skrifbok med Titlar til alla Kyrkor och Capell öfver hela Åbo Stift efter hvar försämlings storlek, in folio 1674.

47:o Manuale Finsk, Nya Psålboken, Evangelia, Bøneboken in 12:o 1674 & 1685.

48:o Cornelium Nepotem ex recensione Bœcleri cum indice ejusdem 1674 & 1685 in 12:o.

49:o Disputationem Synodalem de Christo 1675 in 4:o.

50:o Florum ex recensione Freinshemii cum indice ejusdem contracto 1675 in 12:o.

51:o Curtium ex recensione Freinshemii cum indice necessario 1675 in 12:o.

52:o Homilias in Textus pœnitentiales Dierum Extraordin. an. 1675 in 4:o.

53:o Poëtas Græcos & Tractatum de Græca Poësi 1675 in 8:o.

54:o Åtskillige små Kyrko-och Scholæ Bøcker 1676 in 12:o.

55:o Arithmeticom Latinam Contractam 1677 in 8:o.

56:o Grammaticam Latinam Contractam 1677 in 8:o.

57:o Privilegia Cleri, 1677 in 4:o.

58:o Concionem funebrem ex Apocalyps. XXI: 7. in ARVIDUM M. KRUSE, Lib. Baron. de Caibala & Signiferum (Cornette) 1677, in 4:o.

59:o Varia pro informatione Ordinandorum. 1677 in folio.

60:o Con-

- 60:0 Concionem funebrem ex Pf. CII: 14. in 4:0 1678.
 61:0 Homilias in Textum Eucharisticum pro Victo-
 ria Rugiensi 1678 in 4:0.
 62:0 KELLINGII utägghing öfver Pfaltaren, 1679
 in 4:0.
 63:0 Concionem funebrem ex Psalm. XXV: 15--22,
 in ERNESTUM FORBES, Dom. in Morfnäs, Perlom,
 Idelax & Farhof, Chiliarcham legionis pedestris, 1679 in 4:0.
 64:0 Concionem funebrem ex Phil I: 23, an. 1679 in 4:0.
 65:0 Concionem funebrem ex Gen. XLVII: 9. An.
 1679 in 4:0.
 66:0 Concionem funebrem ex Ef. LXI: 10 in MAR-
 GARETAM STÅLHANDSKE, filiam Adfessoris Dicast-
 rii Ab. D:ni JOHANNIS STÅLHANDSKE an. 1679 in 4:0.
 67:0 Concionem funebr. ex Ef. XL: 6, 7, 8. in 4:0 1679.
 68:0 Disputationem Synodalem de Lege & Evange-
 lio 1679 in 4:0.
 69:0 Hodegeticum seu Methodum concionandi cum
 auctario LXV disposit. in Pf. XIV vers. ult. an. 1679 in 8:0.
 70:0 Homilias in Textus Eucharisticos pro pace 1679
 in 4:0.
 71:0 Evangelia Dominico-Græca cum brevi analysi
 utriusque linguæ 1679 in 8:0.
 72:0 Skrift-bok med särskilte Titlar til alla Kyrkor
 och Kapell öfver hela Wiborgs Stift med linier efter
 hvar Församlings storlek, 1680 in folio.
 73:0 Kongl. Maj:ts Stadga om Eder och Sabbaths-
 brott på Svånska och Finska 1680 in 4:0.
 74:0 Orbem pictum cum versione Svecana 1680 in 8:0.
 75:0 Frids och andre Gudelige wisor 1680 in 8:0.
 76:0 Varia in usum venerandi Cleri 1681 in 8:0.
 77:0 Tractatum de diebus pœnitentialibus 1681 in 4:0.
 78:0 Historiam Ecclesiasticam Novi Testamenti in
 8:0 1681 & 1682.

- 79:0 Concionem funebre, ex Pf. XC: 11, an. 1681 in 4:0.
 80:0 Concionem funebrem Fennonicam ex Joh. III: 16, in 4:0 1681.
 81:0 Theologiam Positivam D. Königs 1683 in 8:0.
 82:0 Concionem funebrem ex 2. Tim. IV: 6, 7, 8, an. 1683 in 4:0.
 83:0 Concionem funebrem Fennonicam ex Apocal. XIV: 15, an. 1683 in 4:0.
 84:0 Konung Davids Psaltare med Böneboken 1683, in 8:0.
 85:0 Methodum informandi in Pädagogiis & Scholis Trivialibus 1683 in 4:0.
 86:0 Ex Bibliis Fennonicis Novum Testamentum & partem veteris 1683 in 4:0.
 87:0 Lactantium de exitu persecutorum Ecclesiæ 1684 in 8:0.
 88:0 Partem Veteris Testamenti Fennici 1684 in 8:0.
 89:0 Arithmeticam Latinam & Computum Ecclesiasticum 1684 in 8:0.
 90:0 Novum Testamentum Græcum in 8:0 1684.
 91:0 Donatum & Catechesin Latinam 1684 in 8:0.
 92:0 En liten Psalm- och Evangelii Bok, Svånsk, 1685 in 24:0.
 93:0 Absoluta sunt Biblia Fennica in 4:0 1685.
 94:0 Lexicon Græcum Novi Testamenti 1686 in 8:0.
 95:0 Lexicon Pentaglotton in quo vocabulis Latinis respondent Græca, Svecica, Germanica & Fennica An. 1686 in 8:0.
 96:0 Breviarium Casuum Conscientiæ 1686 in 8:0.
 97:0 Didacticam Sacram, quam ad maximam partem absolutam incendium Aboënsē an. 1681 absorpsit.

V. Doct. JOHANNES JOH. GEZELIUS, postquam varios honoris gradus, duce fortuna & comite virtute ac meritorum gloria, satis celeriter obtinuit,
 An.

An 1689 permissu Regio Superintendentiam Narvensem, cujus curam per octo annos gesserat, relinquens, Aboam rediit, ut seni Genitori præsto esset, eique opitularetur cum in Diocæseos cura, tum in absolvendo Opere Exegetico in univèrsa Biblia. An. 1690 Successor Patris, Episcopus Aboënsis & Academiæ Auraicæ Pro-Cancellarius fuit designatus, cui muneri immortalis cum laude XXVII annos præfuit, variis interea habitis synodis, sexcentis Sacerdotali officio ab ipso decoratis; inter quos tres pedum Episcopale obtinuerunt, atque unus Superintendens factus, usque ad An. 1718, quo die 10 Aprilis in parœcia Täby prope Holmiam anno ætatis suæ LXX, mens. VII, muneris XLII vitam cum morte commutavit. Qui de cætero pleniorè vitæ hujus Episcopi notitiam desiderat, consulat Rev. Episc. D. D. GUSTAVI ADOLPHI HUMBLE Concionem funebrem in Episcopum ac Pro-Cancellarium D. D. JOH. GEZELIUM, GUDs Barnas förträffeliga frimodighet i Lif, i Död och efter Döden; Rev. Episcopi D. Doct. DANIELIS JUSLENII Orationem parentalem; Rev. Archi-Episc. D. D. H. SPEGELS Chron. Episc. p. 410, 411, 412; STJERNMANNI Aboam Litt. p. 84, 85, 86, 87, 88, 89; Rev. Episc. D. D. A. RHYZELII Episcop. Tom. I. p. 352 & 353. Publici juris apud nos sequentia fecit:

- 1:0 Nomenclatorem Adami, occasione verborum Gen. XI: 19, 20. leviter adumbratum, Præsidi SVENONIO 1667 in 8:0.
- 2:0 Jubilæum Anti-Christi Romani, ipsiusque exitium ex Dan. XI: 4, 5. Pf. SVENONIO an. 1675 in 4:0.
- 3:0 Dissertationem de defensione Jehosue contra satanam ex Zach. III: 1, 2. 1676 in 4:0.
- 4:0 MARTINI GEYERI Meditationes de omnipræsencia DEI ex Germanico in Idioma Svecicum versas 1676 in 12:0.
- 5:0 SCHÜTZII Memoriale Christianum pariter verum & adjunctum libello superiori.

6:o CARPZOVII Hodegeticum Concionatorium cum Auctario 1690 in 8:o.

7:o Hålt Konungens Ord också för GUDs Eds skull ex Eccles. VIII: 2. seu Concionem 1688 Narvæ habitam, dum gloriosissimus Rex *CAROLUS XI* iuramentum fidelitatis ab Ingermannis susceperet, Aboæ 1690 in folio.

8:o En trogen Stridsmans rätta afsked, seu Concionem funebrem ex 2. Tim. IV: 6, 7, 8. in Tribunalum Legionum Tavastorum, Nob. Dn. *GEORGIUM ANTONIUM BRAKEL*, Narvæ habitam an. 1689, sed Aboæ in folio editam.

9:o The rätteligen Wijssas förmåner i detta och thet tilkommande lifvet, seu Concionem funebrem ex Psalm. CXIX: 18, 19. in obitum Cl. Mag. *JOHANNIS CAJANI*, Philosophiæ in Academia Aboënsi Professoris Extraordinarii 1692 in 4:o.

10:o Innehåld af en Trogen Evangelii Predikares Låra, seu Concionem funebrem ex Rom. X: 10--13 in *CHRISTIANUM PROCOPÆUM*, Pastorem in Loimijoki habitam an. 1693, sed editam 1699 in 4:o.

11:o Tres Conciones de Caritate annonæ (om Hunger och dyr Tid) 1:a ex Actis Apost. VII: 11, 2:a ex Luc. IV: 25, 26; 3:a ex Act. XI: 28--30, habitas Narvæ 1685, sed editas Aboæ 1696 in 8:o.

12:o Tacksåjelse för välsignad års växt ex Act. XIV: 15, 17 in 8:o 1696.

13:o Rätta Christ-Trognas fullkomliga välfstånd, seu Concionem funebrem ex Rom. XIV: 7, 9. in *ENEVALDUM SVENONIUM*, Episcopum & Pro-Cancellarium Lundensem 1688 in 4:o.

14:o Confessionem Augustanam in Linguam Fennicam ex mandato Regis gl. mem. *CAROLI XI* translata opera Præpositi & Pastoris Kimithoënsis Mag. *HENRICI FLORINI* 1694 in 4:o. (*)

15:o Gud-

(*) Liber hic nostro tempore est rarissimus, nec eundem videndi

15:o Godfruktiga Barnaföderskors Salighets bevis ex Psalm. LXXIII: 25, 26, seu Concionem funebrem in ANNAM CHRISTINAM BANCK, Conjugem JOACHIMI FE-STINGS, Comministri Ecclesiæ Aboënsis 1694 in 4:o.

16:o The i evighet Rättfärdigas tre resor fördubblade Arfslott, ex Libr. Sapient. V: 16, seu Concionem funebrem in Satrapam Ditionum Aboënsis, Bjørnebor-gensis & Alandensis, Generalem Du. Lib. Baronem LAU-RENTIUM CREUTZ 1699 in folio.

17:o Epistolam ad Clerum Aboënses dat. 27 Oct. 1702.

18:o Ad Augustissimum & Invictissimum Regem CAROLUM XII, Monarcham Potentissimum, quum annum sæculi XVII ultimum, imperii Sux Majestatis quartum auspiciatissime inchoaret, devotissimam gratulationem Aboæ 1703 in 4:o impressam.

19:o Epistolam ad Venerandum Clerum Aboënses dat. 29 Maji 1706.

20:o The Trognas fördolda Lif och Döds vinning i Christo, seu Concionem funebrem ex Phil. I: 21 in ANNAM WALSTENIAM, Conjugem MATTHIÆ RUNGII Pastoris in Loimijoki 1706 in 4:o.

21:o En Trogen Lärates välsignelse ex Ps. LXXXIV: 7, seu Concionem funebrem in Cl. MATTHIAM BERG, Pastorem in Jomala 1709 in 4:o.

22:o Epistolam ad Ven. Clerum Aboënses dat. Beataberg d. 10 Dec. 1710 in 4:o.

23:o Commentarios in Vetus & Novum Testamen-tum; opus cum ipsa Religione duraturum, edit. Holmiæ

1711

copia nobis hætenus facta fuit. 350 admodum exemplaria impressa fuerunt, quorum 100 Holmiam sunt missa, reliqua 250 distributa sunt Ecclesiis in Finlandia atque Ingermannia. Sumtus impressionis scil. 358 thal. 2⁷ or. ex arario publico suppeditavit Rex pia mem. CAROLUS XI, Vid. Litteras Reg. ad Episc. JOH. GEZELIUM dat. Holm. d. 14 Martii 1693; ad Kongl. Stats-Contoïrer d. 3 Apr. 1693; ad Confessorium Eccles. Aboëns. d. 3 April 1693.

1711 & 1724 in folio Lingua Svecana. Laudatur hoc insigne opus in LE LONGS Bibliotheca Sacra, postmodum per Bœrnerum aucta.

24:0 GUDs Råd emot hemfökningens Dag ex Osee VI: 1. seu Concionem in Extraordinarium diem poenitentialem an. 1714 in 4:0.

35:0 Clementis SPELLMANNI Tractatum de Decimis & prædiis Ecclesiasticis, Oxforti 1668 editum, in Linguam Svecanam transtulit.

26:0 Enfalldige tanckar om Christendomens förbättring i Sverige, opsatte 1683. Mff.

27:0 Wår förenings med Christo stora förmån genom en dubbel inplantning, seu Concionem funebrem in D. D. HAQUINUM SPEGEL, Regni Svethiæ Archiepiscopum, habitam Holmiæ 1714, sed Upsaliæ impressam.

28:0 Epistolam ad Ven. Clerum Aboensem dat. Holmiæ d. 1 Martii 1714.

29:0 Orationem de Unctione Spirituali, fomite piæ doctrinæ in fidelibus.

30:0 Orationem de Gothorum, Sociorumque invasione in Europam Australiorem, Sæculo imprimis quinto, prænuntiatam Apoc. IIX: 7, 8, 9.

31:0 Translata præterea sunt ab eo in idioma Svecanum Les Pensées de Mr. PASCHALL sur la Religion, id est cogitata contra Atheos, item

32:0 HENRICI SPELLMANNI Tractatum cum insigni præfatione filii Clementis SPELLMANNI, de non temerandis Ecclesiis & bonis Ecclesiasticis ex sermone Anglico; item

33:0 Pia desideria D. D. SPENERI, senioris Ministerii Evangelici Francofurtani de emendatione Ecclesiæ; & aliud scriptum ejusdem argumenti; Christ fürstlicher Bedencken, contracta.

34:0 Fasciculum Homileticarum Dispositionum in
CCXX

CCXX Textus Sacros pœnitentiales & varias sollemnes gratiarum actiones ab An. 1666 ad An. 1692 inclusive, cum 13 Homiliis Juridicis; quarum priorum initium fecit Prens, sed Filius maximam partem continuatas consummavit an. 1693 in 4:o.

35:o Nec non Dispositiones Homileticas similiter elaboratas in singulos textus annuos pœnitentiales atque Extraordinarios & sollemnes gratiarum actiones, itemque in exsequiis Regiis funebribus superiori fasciculo non insertas, sed quotannis seorsim typis editas ab an. 1693 ad an. 1718 Aboæ & Holmiæ in 4:o.

Vide insuper SCHEFFERI *Svec. Litterat. p. 246.* Addo insuper, quod Liberi hujus Episcopi in Ordinem Nobilitatis Svecanæ die 25 Novembr. an. 1719 recepti, dicti fuerint OLIVECREUIZ.

VI:o Doct. HERMANNUS WERNERI WITTE, natus Dunamundæ prope Rigam d. 7. Dec. 1666. Tam Rigæ, quam imprimis Wittenbergæ ab an. 1688 litterarum studiis tanto successu incubuit, ut an. 1691 Philosophiæ Magister & an. 1692 Facultatis Philosophicæ Adjunctus in Academia Wittenbergensi fuerit constitutus. An. 1695 die 4 Junii constituitur Professor Theologiæ primarius in Gymnasio Carolino, & Pastor atque Præpositus Ecclesiæ Stetinensis a S. Maria nuncupatæ. Postquam Dissertationem Gradualement de Ecclesia Lutherana non Schismatica contra JOH. PHIL. PHEIFFERUM edidisset, an. 1702 Theologiæ Doctor Gryphiswaldiæ fuit creatus. An. 1707 die 11 Julii constitutus fuit Superintendens Insulæ Osel; ingravescentibus autem irruptionibus Russorum an. 1710 Holmiam sese contulit, An. 1721 die 16 Sept. Dioceseos Aboensis Episcopus & Academiæ Auraicæ Pro-Cancellarius, atque muneri huic magna cum laude præfuit usque ad diem 24 Martii 1728, quo vitam cum morte commutavit, sepultus in Sacello Episcopi MA-

GNI TAVAST in Templo Cathedrali Aboënsi, ubi Annus tam Nativitatis, quam emortualis auratis litteris est expressus & imago ejus juxta posita. An. 1697 duxerat in matrimonium CATHARINAM MARGARETHAM WITTMACK, Directoris ac Mercatoris Holmensis CLAUDII WITTMACK filiam, quæ fatiscens propria ædis ruinis an. 1728 infelici fato succumbens interiit. Ex ipsa octo suscepit Liberos, quorum quatuor filii & duæ filiæ ante Patrem e vita migrarunt. Ex superstilibus filiabus CATHARINA MARIA von WITTEN nupsit Camerae Revisionis Consiliario Dn. NICOLAO LAGERSTOLPE, altera HEDEVIGIS von WITTEN in matrimonium data fuit JACOBO DANCKWARDT LILJESTROM, Centurioni cohortis equestris. An. 1717 die 18 Jan Liberi hujus Episcopi insignibus Nobilitatis Svecanæ ornati, atque von WITTEN nuncupati sunt. Vid. Rev. Episcop. JON. FAHLENI Concion. funebrem in Rever. Episcop. HERMANNUM WITTE; Doct. ANDR. BERGII Orationem funebrem in memoriam ejusdem, D. D. RHYZELII Episcoposc. Tom. I. p. 353 & 354, nec non STJERNMANNI Matrikel öfver Svea Rikes Adel N:o 1518. Aboæ sequentia tantummodo, quantum nobis constat, reliquit ingenii specimina:

1:o Programma ad festum Restaurationis Academiæ Aboënsis die 26 Nov. 1722 celebrandum.

2:o Orationem sollemnem in ipsa Academiæ restauratione; cujus argumentum: Quantum Optimo Numini pro veræ doctrinæ artiumque ingenuarum lumine, a Beati Lutheri Reformatione in Ecclesia & Academiis accenso, debeamus, 1722 in 4:o.

VII:o LAURENTIUS GARR. TAMMELIN, natus an. 1669 die 2 Maji in parœcia Haliko, cujus Ecclesiæ Pastor fuit Parens ejus. Postquam varia ediderat eruditionis specimina creatus est an. 1694 Philosophiæ Magi-

Magister, & anno sequente Lector Scholæ Cathedralis Aboënsis. An. 1698 provinciam Professoris Matheſeos heic obtinuit; & deinde ad exteras sese contulit Academias. Hinc domum reversus spartam suam diligenter administravit, donec propter violentam Russorum in Finlandiam irruptionem coactus fuit Homiam sese conferre, ubi in magna vixit paupertate, usque dum constitutus fuit Pastor & Præpositus Ferneboënsis in Westmannia. Deinde ex voto Cleri Aboënsis an. 1728 pedum Episcopale obtinuit & an. 1732 Mitram Doctoralem, sed paulo post an. 1735 ex vita migravit. Eruditioni ac diligentia ejus sequentia debemus monumenta:

1:0 Disput. *Συνεταξις* quaternionis Meletematum, Pf. WANOCHEIO, an. 1690, in 4:0.

2:0 Disput. Gradualement de Judiciis Mortalium circa fata Magnorum Virorum ductu Capitum IX & X Libri Ann. Taciti, Pf. ACHRELIO 1691 in 4:0.

3:0 Hægogen brevem & succinctam in universam Philosophiam, Ref. ERICO BRUMERO 1695 in 8:0.

4:0 Sermonem Panegyricum Comiti GABRIELI FALKENBERG in aditu ad Cancellariatum Academiæ Aboënsis dicatum, 1704 in folio.

5:0 Annua quoque Cændaria, inter quæ eminent de Annis 1717 & 1718, quoniam in illis reperitur quoad partem Historia Finlandiæ, a Rossis devastata.

6:0 Concionem funebrem habit. in obitum AGATHÆ SJÖBERG, Conjugis JONÆ FAHLENIÏ, quæ inscribitur: Vox cœli de beata requie pie defunctorum Apoc. XIV: 12 & 13. An. 1730 in 4:0.

VII:0 JONAS FAHLENIUS, natus d. 30 Octobr. 1674 in urbe Fahlunensi. Hic duro admodum usus juventutis initio, ita tamen emerſit, ut an. 1707 Upsaliæ Gradu Magisterii obtento, An. 1712 Adjunctus Theologiæ ibidem fuerit constitutus. An. 1721 Profes-

for Logicæ & Metaphysicæ in Academia Aboënsi; An. 1722 tertius Theologiæ Professor, an. 1725 secundus & an. 1728 Primarius & Archi-Præpositus Aboënsis constituitur. An. 1732 Gradum Doctoralem in Theologia obtinuit, & an. 1734 Episcopatu Aboënsi & Academiae Pro-Cancellariatu præficitur, quæ numera usque ad an. 1748, quo ex vita excessit, magna integritate administravit. Qui de his modo nominatis Academiae Aboënsis Pro-Cancellariis plura scire desideret, adeat Rev. RHYZELII Episcoposc. T. I. p. 354 & 355. Sequentia autem scripta in lucem publicam emitti permisit Rev. FAHLENIUS:

1:o Concionem funebrem in MARGARETHAM WITTFORTH, Conjug. Mercatoris NICOLAI SCHULTZ ex Job XIX: 25, 27. Hvad som förnåmligast skal uppehålla och trösta oss under vårt lidande på jorden och i synnerhet emot döden, in 4:o 1728.

2:o Concionem funebrem in Episcopum Aboënsium Dn. Doct. HERMANNUM WITTE: Vår förlofsning i från synden genom Jesum, ex 1 Tim. I: 5. 1728 in 4:o.

3:o Concionem funebrem in ANNAM CHARLOTTAM TAUBE, Conjugem Sub-Tribuni Dn. ROBERTI MUHLE, Trones kamp och seger, samt herliga belöning, ex 2 Tim. IV: 6--8 1729 in 4:o.

